# Eneidos

q; p generis qualitate irã moueri. Nobiles em̃ (& si ad presens videntur ignoscere) tamen in posterum irã seruãt. quod nũc Iunoni videtur obiicere: Nam cum se cõcedere diceret: per t tamen q̃d grauiter posset obesse Troianis: sic Homer. Inducit calchanta dicentem de Agamemnone. regũ ire ita se habent: vt etiam si ad presens indulgere videãtur: stimulos iracundie ad futurum referuent.
y Do quid vis. S. Bene presenti vsus est tempore

Do quod vis: & me victusq; volensq; remitto:
Sermonem ausonii patrium/moresq; tenebũt:
Vtq; est nomẽ erit, cõmixti corpore tantum
Subsident teucri: morem ritusq; sacrorum
Adiiciam: faciamq; omnes vno ore latinos.
Hinc gen⁹ ausonio mixtũ q̃d' sanguie surget.
Supra homies, supra ire deos pietate videbis:
Nec gens vlla tuos eque celebrabit honores.
Annuit his iuno: & mentem letata retorsit.
Interea excedit celo nubemq; reliquit.

Nam promissio in diis pro facto est.
z Subsident. S. Remanebunt: latebunt latinorum scilicet multitudine: Vt Galeaq; ima subsedit acestes
a Ritusq; sacrorum adiiciã. S. Verum est. nam sacra matris deum: Romani phrygio more coluerũt.
b Mentẽ letata retorsit. S. Iste quidẽ hoc dicit: sed constat bello punico secũdo exoratam Iunonẽ: tertio vero bello a Scipione sacris quibusdam etiam Romam esse translatam.




UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/vergil1502/0829
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.